ertt. quando de ij. noc. dicitur. ⁊ alia duo ℟. fer. dicuntur loco viij. ⁊ ix. ℟ quando ultim. dicitur de fest. Si vero nullum fest. novem lectionum per hanc hebdomadam contigerit, tunc dicetur primum ℟ in quarta feria: et alia duo in sabbato, ut su. dictum est. Lectō prima.



Aliud quoqꝫ vidit somnium: qꝫ narrans fratribus ait. Uidi per sōnum quasi solem ⁊ lunam et stellas undecim, adorare me. Quod cum patri suo ⁊ fratribus retulisset, increpavit eum pater et dixit. Quid sibi vult hoc sōnium quod vidisti? Num ego, ⁊ mater tua, ⁊ fratres tui a.. orabimus te super terram? Lectio secunda.

Inuidebant er.. ei fratres sui, pater vero rem ... tus considerabat. Cumqꝫ fratres illius in pascēdis gregibus patris, morarentur in Sichē: dixit ad eū Israel. Fratres tui pascunt greges in Sichimis veni, mittam te ad eos. Lc. iij.

Quo respondente, presto sum, ait. Uade ⁊ vide si cūcta prospera sint erga fratres tuos ⁊ pecora: ⁊ renuncia mihi quid agatur. Antiph. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. ps. Benedictus. Oratio.

Cordibus nostris quesum⁹ domine gratiam tuam benignus infunde: ut sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita ... sensus nostros a noxiis retrah... excessibus. Per dominum nos...

Ad primam. āñ. Uiuo ego. Ad tertiam Antiph. Per arma iustitie Capitulum.

Lauamini: mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis: quiescite agere perverse, discite benefacere. ℟. Bonum mihi. Ad sextā. āñ. Emendemus. Capitulum. Esa. i.

Querite iuditium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, .. venite ⁊ arguite me, dicit dominus. ℟. Servus tuus. Ad nonam. āñ. Advenerunt nobis. Capitulum. Ubi s.

Si fuerint peccata vestra ut coccinum: quasi nix dealbabuntur: ⁊ si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. ℟m. Septies in die. Hec capitula dicuntur super hor. ⁊ in fer. usque ad passionem domini quando de feria agitur. Ad vesp. ā. Jesus autem transiens per medium illorum ibat. ps. Magnificat. Oratio.

Subueniat nobis quesumus domine misericordia tua: ut ab imminentibus peccatorum nostrorū periculis, te mereamur protegente eripi: ⁊ te liberante salvari. Per dominum nostrum Jesum Christū filium tuū. Feria tertia. Lectio prima.



Missus de valle Hebrō venit i Sichē: invenitqꝫ eū vir errantē in agro, ⁊ interrogavit qd quereret. At ille respōdit.

fratres meos quero: indicia mihi vbi pascunt greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto: audiui autē eos dicentes, eamus in Dothaim.

Lectio secunda.

Perrexit Joseph post fr̄es suos ⁊ inuenit eos in Dothaim. Qui cū vidissent eum procul, anteq̄ accederet ad eos cogitauerūt illū occidere et mutuo loquebantur. Lc. iij.

Ecce somniator venit: venite occidamus eum: et mittamus in cisternam veterem: dicemusq̄. Fera pessima deuorauit eū. Et tunc apparebit quid prosint illi somnia sua. ān. Si duo ex vobis consenserint super terrā: de omni re quamcunq̄ petierint fiet illis a patre meo qui in celis est dicit domin⁹. Psalm⁹. Benedictus. Oratio

Exaudi nos omnipotēs et misericors deus, et continentie salutaris propiti⁹ nobis dona concede. Per dominum nostrū Jesū. Ad vesp. ān. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum dicit dominus. ps. Magnificat. Oratio

Tua nos domine protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum

Feria quarta. Lectio prima.



Audiens autē hoc ruben: nitebatur liberare eū de manibus eorum, et dicebat. Non interficiamus animam eius nec effundamus sanguinem eius: sed proijcite eum in cisternam veterem que est i solitudine: manusq̄ vestras seruate innoxias. Lectō. ij.

Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum: ⁊ reddere patri suo. Confestim enim vt peruenit ad fratres, nudauerunt eum tunica talari ⁊ polymita: miseruntq̄ eum in cisternam veterē que non habebat aquam. Tu aūt.

Lectio tertia.

Et sedentes vt comederent panē, viderunt ismaelitas venire de Galaad: et Camelos eorum portantes aromata, resinam, et stacten in Egyptum. Dixit ergo Judas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum: ⁊ celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt venundetur ismaelitis, ⁊ manus nostre non polluantur: caro enim ⁊ frater noster est. ān. Audite et intelligite traditiones quas dominus dedit vobis. ps. Benedictus. Oratio.

Presta nobis quesumus domine, vt salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoq̄ vitijs abstinentes propitiationem tuam facilius impetremus. Per dn̄m.

Ad vesperas. ān. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. ps. Magnificat. Or.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiā querimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per dominum nr̄m Jesum Christum filium tuum.

Feria quinta. Lectio prima.

Accedens...

Acquieuerũt fratres sermonib⁹ eius: & pretereũtibus Madianitis & negociatoribus, extrahentes Joseph de cisterna vendiderunt ismaelitis triginta argẽteis. Qui duxerunt eum in Egyptum.

Lectio secunda.

Reuersusq; Ruben ad cisternam non inuenit puerum: et scissis vestibus pergẽs ad fratres suos ait. Puer non cõparet, et ego quo ibo? Tulerunt autem eius tunicam: et sanguine hedi quem occiderãt tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent. Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit an non.

Lectio tertia.

Et Jacob cũ cognouisset tunicã Joseph: ait. Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum: bestia deuorauit Joseph. Scissisq; vestib⁹ indutus est cilicio: lugens filium suum multo tempore. an. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. ps. Benedictus.

Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt ieiuniorum nobis sancta deuotio & purificationem tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos. Per dominũ nostrum. ¶ Ad vesperas. an. Panis enim dei est qui de celo descendit: & dat vitam mũdo. Psalm⁹. Magnificat.

Oratio.

Subiectum tibi populũ quesumus domine propitiatio celestis amplificet: & tuis semp̃ faciat inherere mãdatis. Per dñm.

¶ Feria sexta. Lectio prima.



Congregatis autem cũctis liberis eius vt delinirent dolorẽ patris: noluit consolationem accipere, sed ait. Descendã ad filium meum lugens in infernum.

Lectio secunda.

Interim perseuerante in fletu: Madianite vendiderunt in Egyptum Joseph phutifari eunucho Pharaonis: magistro milicie. Igitur Joseph ductus est in Egyptum: emitq; eum phutifar eunuchus Pharaonis, princeps exercit⁹ sui, vir Egyptius: de manu ismaelitarum a quibus perductus erat. Tu autem.

Lectio tertia.

Fuit autem dominus cũ Joseph: & erat vir in cunctis p̃spere agẽs. Habitabatq; in domo dñi sui: qui optime nouerat esse dñm cum eo: & omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenit Joseph gratiam coram dño suo: & ministrabat ei. A quo prepositus omnibus gubernabat creditam sibi domũ: & vniuersa que sibi tradita fuerãt. an. Domine vt video p̃pheta es tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt. ps. Benedictus. Oratio

Ieiunia nr̃a q̃s dñe benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimẽtis abstinemus in corpore, ita a vitijs ieiunem⁹ in mente. Per dñm. ¶ Ad vespe. an. Ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. ps. Magnĩt. Or.

Presta quesumus omnipotens de⁹: ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominum.

¶ Sabbato. Lectio prima.

Benedixit dominus domui Egyptij propter Joseph: et multiplicauit tam in edibus quā in agris cunctam eius substantiā: nec quicq̄ aliud nouerat nisi panē quo vescebatur. Erat autem Joseph pulcher facie: et decorus aspectu. Lectio secunda

Post multos itaq̄ dies iniecit domina eius oculos suos in Joseph, et ait. Dormi mecū. Qui ait. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habet in domo sua: nec quicquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi: preter te que vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in dominum meū. Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molesta erat adolescenti: et ille recusabat stuprum. Lectio tertia.

Accidit autem quadam die vt intraret Joseph domum et operis quippiam absq̄ arbitris faceret: et illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret. Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit: et egressus est foras. an. Inclinauit se Jesus et scribebat in terra: si quis sine peccato est, mittat in eā lapidem. ps. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus, vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam a culpa ieiunēt. Per dominū nostrū Jesum Christum filium tuum, Qui tecum.

1. A ¶ Dominica quarta .xl. tota cantetur hist. Feria. 4. et sabba. dicitur R. fe. Feria tertia memo. de sanctis. Ad secundas vespe. et ad matu. de sancta Maria.

2. A ¶ Dominica quarta quadragesime tota dicitur historia et festum sancti Gregorii differatur in crastin. Ad vesperas que erunt de fes. fiat solen. memoria de dominica. Feria quinta dicitur R. fe. Sabbato de sancto Edwardo. cōm Beatus vir qui in sapientia.

3. A ¶ Dominica quarta quadragesime tota dicitur historia. Ad primas vesperas fiat memoria de sancto Edwardo. Ad secundas vesperas que erunt de sancto Cuthberto fiat memo. de domi. In sexta feria dicitur respon. fe. Sabbato de annunciatione. Vespere erunt de dominica licet festum loci fuerit et memo. tantum de fest.

4. A ¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio dominice. Ad primas vesperas que erunt de annunciatione fiat solemnis memoria de dominica. Feria quarta et sabbato dicitur respon. fe.

5. A ¶ Dominica quarta .xl. de seruitio dominice. Secunde vespere erunt de sancto Richardo et memoria de dominica. Feria sexta dicitur respon. fe.

1. B ¶ Dominica quarta .xl. de seruitio dominice, et in quarta feria dicitur responso. fe. Sabbato de sancto Grego. io. cōm Ecce sacerdos.

2. B ¶ Dominica. 4. .xl. de seruitio dn̄ice. Ad primas vesperas que erunt de festo fiat solēnis memo. de dn̄ica. et in quarta feria dr respon. fe. Feria. 6. de sctō Edwardo. cō. Beatus vir qui in sapientia.

3. B ¶ Dominica quarta quadragesime de seruitio dominice, et festum sancti Cuthberti differatur vsq̄ in. 5. fe. et in sabba. dicitur respon. fe.

4. B ¶ Dominice quarta .xl. de seruitio dominice tota cantetur historia, et in quarta feria dicitur respō. fe. et in sabbato.

5. B ¶ Dn̄ica quarta .xl. de seruitio dn̄ice, et festum sancti Richardi differatur vsq̄ in. 5. fe. Secunde vespere erunt de sancto Ambrosio solen. memoria de dn̄ica, et in sexta fe. dicitur R. fe.

[illegible] ad vespe de beata Marie.

nedictus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus, ut familia tua que se affligendo carnem ab alimentis abstinet: sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dominum nostrum.

Ad vesperas. aña. Qui me misit mecum est: et non reliquit me solum: quia que placita sunt ei facio semper. Ps. Magnificat. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dnm.

Feria tertia. Lectio prima.

Gene. 27.



Ursumque Isaac ad filium suum. Quomodo (inquit) tam cito invenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit ut cito occurreret mihi quod volebam. Lectio .ij.

Dixitque Isaac. Accede huc ut tangam te fili mi: et probem utrum tu sis filius meus Esau an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo dixit Isaac. Vox quidem vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognovit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant.

Lectio tertia.

Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus Esau? Respondit. Ego sum. At ille. Affer (inquit) mihi cibos de venatione tua fili mi: ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da mihi osculum fili mi: accessit et osculatus est eum. Añ. Unus est enim magister vester qui in celis est, dicit dominus. Ps. Benedictus. Oratio.

Perfice quesumus domine benignus in nobis observantie sancte subsidium: ut que te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus. Per. Ad vesperas. aña. Qui maior est vestrum, erit minister vester: quia omnis qui se exaltat humiliabitur dicit dominus. Ps. Magnificat. Oratio.

Propitiare quesumus domine supplicationibus nostris et animarum nostrarum medere languoribus: ut remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per dominum nostrum Jesum.

Feria quarta. Lectio prima.

Gene. 27.



Tatimque ut sensit vestimentorum eius fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre, abundantiam frumenti, vini et olei: et serviant tibi populi: et adorent te tribus. Lectio secunda.

Esto dominus fratrum tuorum: et incurventur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Lectio tertia

Vix Isaac sermonem impleverat: et egresso Jacob foras, venit Esau: coctosque de venatione cibos intulit

patri, dicens. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. añ. Ecce ascendimus Hierosolymam, & fili⁹ hominis tradetur ad crucifigendum. ps. Benedictus. Oratio.

Populum tuum quesumus domine propitius respice: & quos ab escis carnalibus precipis abstinere ... noxijs quoq; vitijs cessare ... e. Per. ¶ Ad vesperas. añ. Sedere autem mecum non est meũ da .e vobis: sed quib⁹ paratum est a patre meo. ps. Magnificat. Oratio.

Deus innocentie restitutor & amator, dirige ad te tuorũ seruorũ: vt spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per dominum. In vnitate eiusdẽ spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Feria quinta. Lectio prima.

Gene. 27. Dixitq; illi Isaac. Quis es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi: et vltra q̃ credi potest admirans, ait. Quis igitur ille est q̃ dudum captam venationem attulit mihi: et comedi ex omnibus priusq̃ tu venires? Benedixiq; ei, et erit benedictus. Lectio secunda.

Auditis Esau sermonib⁹ patris irrugijt clamore magno: & cõsternatus ait. Benedic etiam et mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: & accepit benedictionem tuam. Lectio tertia.

At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo surripuit benedictionem meam. añ. Ego non ab homine testimonium accipio, sed hoc dico vt vos salui sitis. ps. Benedictus. Or.

Presta nobis domine quesumus auxilium gratie tue vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

¶ Ad vesperas. añ. Opera que ego facio testimonium perhibẽt de me quia pater me misit. ps. Magnificat. Oratio.

Adesto domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poscentibus, vt his qui te auctore et gubernatore gloriãtur: & congregata restaures, et restaurata conserues. Per dominum.

¶ Feria sexta. Lectio prima.

Rursumq; ad patrem. Nunquid nõ reseruasti (ait) & mihi benedictionẽ? Respondit Isaac. Dominum tuum illũ cõstitui: & omnes fratres suos seruituti eius subiugaui. Frumento & vino et oleo stabiliui eum: & tibi post hec fili mi vltra quid faciam? Gene. 27.

Lectio secunda.

Qui

C ui Esau. Num vnam (inquit) tantum benedictionē habes pater? Mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret: motus Isaac dixit ad eū. In pinguedine terre & in roze celi desuper: erit benedictio tua. Lectio tertia.

U iues in gladio, et fratri tuo servies: tempusque veniet cū excutias et soluas iugum eius de ceruicib⁹ tuis. Oderat ergo semper Esau Jacob: pro benedictione qua benedixit ei pater. ā. Malos male perdet, et vineam suam locabit alijs agricolis qui reddent ei fructum temporibus suis. p. Bñdictus. or.

D A quesumus omnipotens deus, vt sacro nos purificante ieiunio: syncerís mentib⁹ ad sancta ventura facias peruenire. Per dominum. C Ad vesperas. ā. Querentes eum tenere, timuerunt turbas: quia sicut prophetam eum habebant. ps. Magnificat. Or.

D A quesumus domine populo tuo salutem mentis & corporis: vt bonis operibus inherendo, tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dñm.

C Sabbato. Lectio prima.

Gene. 27. D Ixitque Esau i corde suo. Uenient dies luctu[illegible] patris mei: et occidam fratrem meū. Nunciata sūt hec Rebecce. Que timēs, & vocās Jacob filium suum: dixit ad eum. Ecce Esau frater tu⁹ minatur vt occidat te. Lectio secunda.

N unc ergo fili audi vocem meā: et consurgens fuge ad La[illegible] trem meū in Haram. [illegible] cum eo dies paucos: [illegible] escat furor fratris tui, [illegible] indignatio eius: obliuiscaturque [illegible] que fecisti in eum. Postea mittam: et adducam te inde huc. Lctō. iii.

C ur vtroque orbabor [illegible] vno die? Dixitque Rebecca ad Isaac. Tedet [illegible] vite mee propter filias Heth. Si acceperit Jacob vxorem de stirpe huius terre: nolo viuere. [illegible]. R. Pater peccaui in celum et [illegible]ram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnum de mercennarijs tuis. V. Quanti mercenarij in domo patris mei [a]bundant panibus? ego autem hic fame pereo? surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei. Fac me sicut vnum. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Fac me sicut vnum. C Si aliquod festum nouem lectionum hac die contigerit predictum responso[rium] [illegible] anno preter[mi]ttatur. ā. Uadam ad patrem meum et [dicam] ei: pater, fac me sicut vnum [de] [merc]enarijs tuis. [Be]nedictus. [illegible] Oratio.

L A quesum[us] domine pl[illegible] effectum ieiunijs [illegible] vt castigatio carnis assumpta [ad] nostrarum transeat vegetationem animarum. Per dom[inum] [nostrum] Jesum Christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

...vesperum, pascha domini est ...t quintadecima solennitatem ...brabitis altissimo domino. V. ...tus est dominus ad Moysen ...ens. loquere filiis Israel & dices ad eos. Quadragesima die ad. ...predictum R. non dicitur per ... sequen. sed ad has matut. tantum.

Lectio secunda.

ET factum est (inquit Hieremias) verbũ domini ad me, dicens: Priusquam te formarem in ...tero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctificavi te: & prophetã in gentibus dedi te. Et dixi A,a,a, domine deus, ecce nescio loqui: quia ... ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere, quia puer sum quoniam ad omnia que mittam te ibis: & universa quecunque mandavero ... loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum, ut eruam te, dicit dominus. Hec dicit ...em. Multiplicati sunt qui tribulant me: ... dicent, non est salus ipsi in deo eius. Exurge domine salvum me fac deus meus. Vsus. Ne quando dicat inimicus meus, prevalui adversus eum. Exurge dne.

Lectio tertia.

ET misit dominus manũ suã & tetigit os meum. Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes & super regna: ut evellas, & destruas, & disperdas & dissipes, & edifices, & plantes. Et factum est verbum domini ad me, dicens. Quid tu vides Hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbũ meum, ut faciam illud. R. Qui custodiebant animam meam consilium fecerant in unũ: dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini & comprehẽdite eũ: quia non est qui liberet eum. Deus meus ne elongeris a me, deus meus in adiutorium meum intende. Vsus. Omnes inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandaverũt adversum me, dicentes. Deus meus. Hunc vsus non sequatur Gloria patri, sed R. reincipiatur. Idem modus servetur in vi. & ix. R. & in quotidianis R. super hor. & in iii. R. ad mat. & quotidie fiat hoc modo usque ad pascha quando de temporali agitur tantum. In secundo noctu. añ. Sicut exaltatus est serpens in eremo: ita exaltari oportet filium hominis. ps. Conserva. Vsus. De ore leonis libera me domine. R. Et a cornibus unicornium, humilitatem meã. Sermo beati Joannis Episcopi.

Lectio. iiii.

MAgnum Hieremie sanctissimi meritum: magnum in eũ collatum est divinitas donũ. Magnum (inquam) est Hieremie meritum: qui ante promeretur quam nascitur, ante sanctificatur quam editur, ante propheta constituitur, quam mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita: & ab eo necdũ exercentur officia. Dona narran-

Robertus Castelleñ. Apl'ice sedis ꝓtonotarius. Et ad hec sctissimi dñi nri pape commissariꝰ. Tibi venerabili viro

Auctoritate apl'ica nobis in hac parte ɔcessa tenore pñtiũ. vt oẽs ꝛ singulos vtriusqꝫ sexus. Parrochianos tuos tã eccl'iasticos q̃ seculares/ Exceptis regiis rebellibꝰ ac nouos tumultꝰ in regno excitantibꝰ p te vel vices tuas circa curã aĩarum gerentes/ ab oĩbus ꝛ singulis eoꝝ pctis/ criminibus excessibꝰ/ ꝛ delictis. Etiã si talia forẽt ꝓpter q̃ sedes p̄dicta sit quouis modo merito cõsulenda semel in vita ꝛ semel in mortis articulo auctoritate apostolica absoluere. Eisqꝫ plenariã omniũ suoꝝ peccatoꝝ de quibus corde cõtriti et ore cõfessi fuerint/ ipsis in sinceritate fidei/ vnitate sctẽ romane eccl'ie/ ac obedientia ꝛ deuotione p̄fati sctissimi dñi nri ꝛ successoꝝ suoꝝ romanoꝝ pontificũ canonice intrantiũ ꝑsistẽtibus. Etiã semel in vita ꝛ i mortis articulo plenariã indulgentiã ꝛ remissionẽ ɔcedere ꝛ impartiri possis. Facultatẽ ꝛ potestatẽ damus. In quoꝝ fidẽ ꝛ testimoniũ pñtes litteras fieri ac sigilli nostri quo ad hec vtimur iussimus appensione cõmuniri. Datũ Londoñ. xxvi. Februarii. M. CCCC. xcviii.